



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CLXXVI. De gratijs datis quantum ad genera linguarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

poterat corpus eius illuc rapi, aut esse aliquid corporeum: & sic anima non posset illuc sine corpore rapi, nisi separaretur a corpore. Et ideo oportet secundum alium sensum intelligere, ut scilicet Apostolus sciuerit, quod fuerit raptus secundum animam, & non secundum corpus, nesciuerit tamen qualiter se haberet anima ad corpus, utrum scilicet sine corpore, vel non. Sed circa hoc diuersimode aliqui loquuntur. Quidam enim dicunt, quod Apostolus sciuit, quod anima sua erat corpori unita ut forma, sed nesciuit utrum esset facta abstractionem a sensibus, vel est utrum esset facta abstractionem ab operibus animae vegetabilis: sed quod fuerit facta abstractionem a sensibus, hoc non potuit ignorare, ex quo sciuit se raptum. Quod autem fuerit facta abstractionem ab operibus animae vegetabilis, non erat tantum aliquid, ut de hoc oporteret tam sollicitam fieri mentionem. Unde relinquunt quod nesciuit Apostolus, utrum anima eius fuerit coniuncta corpori ut forma, vel a corpore separata per mortem. Quidam autem hoc concedentes dicunt, quod Apostolus tunc non perpendit quoniam rapiebatur, quia tota eius intentio conuersa erat in Deum, sed postmodum percepit, considerans ea quae uiderat: sed hoc est contrariatur uerbis Apostoli, qui distinguit in uerbis suis praeteritum a futuro. Dicit enim in presenti se scire quod fuit raptus ante annos quatuordecim, & se in presenti nescire, utrum in corpore fuerit, vel extra corpus: & ideo dicendum, quod prius, & postea nesciuit, utrum anima fuerit a corpore separata. Unde Augustinus dicit * 12. super Genesim ad litteram, post longam inquisitionem concludens. Restat ergo fortasse, ut hoc ipsum eum ignorasse intelligamus, utrum quando in tertium caelum raptus est, in corpore fuerit anima, quomodo est anima in corpore, cum corpus uiuere dicitur siue uigilantis, siue dormientis, siue in extasi a sensibus corporis alienati, an omnino de corpore exierit, ut mortuum corpus iaceret.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod per synecdochen quandoque pars hominis homo nominatur, & praecipue anima quae est pars hominis eminentior. Quamuis etiam possit intelligi, eum quem raptum dicit, non tunc fuisse hominem quando raptus fuit, sed post annos quatuordecim. Unde dicit, Scio hominem: non dicit, Scio raptum hominem. Nihil etiam prohiberet mortem diuinitus procuratam, raptum dici. Et sic Augustinus * dicit 12. super Genesim ad litteram. Dubitante inde Apostolo, quis nostrum inde certus esse potuit? Unde qui super hoc loquuntur, magis coniecturaliter, quam per certitudinem loquuntur.

AD IIUM dicendum, quod Apostolus sciuit, vel illud caelum esse quid corporeum, vel aliquid incorporeum a se uisum in illo caelo, cum hoc potuerit fieri per intellectum eius, etiam si anima non esset a corpore separata.

AD IIIUM dicendum, quod uisio Pauli in raptu quantum ad aliquid fuit similis uisioni beatorum, scilicet quantum ad id quod uidebatur: & quantum ad aliquid dissimilis, scilicet quantum ad modum uidentis, quia non ita perfecte uidit sicut sancti, qui sunt in patria. Unde Augustinus dicit * 12. super Genesim ad litteram, Apostolo arrepto a carnis sensibus in tertium caelum, hoc defuit ad plenam perfectamque cognitionem rerum quae angelis inest, quod siue in corpore, siue extra corpus esset, nesciebat. Hoc itaque non deerit receptis corporibus in resurrectione mortuorum, cum corruptibile hoc induerit corruptionem.

QVAESTIO CLXXVI.
De gratis gratis datis, quae pertinent ad locutionem, in duos articulos diuisa.

HEINDE considerandum est de gratis gratis datis, quae pertinent ad locutionem. Et primo, de gratia linguarum. Secundo, de gratia sermonis, sapientiae, seu scientiae.

CIRCA primum quaeruntur duo. Primo, utrum per gratiam linguarum homo adipiscatur scientiam omnium linguarum. Secundo, de comparatione huius doni ad gratiam prophetiae.

ARTICVLVS PRIMVS

Utrum illi qui consequebantur donum linguarum, loquebantur omnibus linguis.

AD PRIMUM sic proceditur. Vt patet illi qui consequebantur donum linguarum, non loquebantur omnibus linguis. Illud enim quod diuina uirtute aliquibus conceditur, optimum est in suo genere, sicut dicitur in uinum bonum, sicut dicitur Ioannes 1. sed illi qui habuerunt donum linguarum, melius loquebantur in propria lingua. dicit enim glossa ad Hebraeos 1. non esse mirandum, quod epistola ad Hebraeos maiore eluceat facundia, quam aliae, cum naturale sit unicuique plus in sua quam in aliena lingua ualere: ceteras enim epistolas Apostolus peregrino, id est, graeco sermone composuit, hanc autem scripsit hebraica lingua. non ergo per gratiam gratis datam Apostoli acceperunt scientiam omnium linguarum.

2. Prater. Natura non facit per multa, quod potest fieri per unum, & multo minus Deus, qui ordinatius quam natura operatur: sed poterat Deus facere ut unam linguam loquentes eius discipuli, ab omnibus intelligerentur. Unde super illud 1. Actuum 2. audiebant unusquisque lingua sua: illos loquentes, dicit glossa, quod linguas omnibus loquebantur, uel scilicet, hebraica lingua loquentes ab omnibus intelligebantur, ac si propriis singulorum loquerentur, ergo uideret quod non habuerunt scientiam loquendi omnibus linguis.

3. Prater. Omnes gratiae deriuantur a Christo in corpus eius, quod est Ecclesia, secundum illud Ioannes 1.

Lib. 12. ca. 5. tom. 3.

Lib. 12. ca. 3. a med. to. 2.

Lib. 12. cap. penult. a medio. tom. 3.

... &c. huiusmodi dona inter gratias gratis datus computentur, & ex diuina actione fiat, quae nullam praerogatiua dispositionem naturalem, aut moralem, nulla videtur efficax ratio ad quietandam intellectum, quare cum oportet sicut hodie, non est in Ecclesia donum linguarum, nisi quia haec omnia querunt Spiritus sanctus, diuidens sicut vult, & quando vult. Non modica tamen persuasio est tepor, seu defectus nollet ad implendum illud Domini mandatum, Rogate Dominum meis ut mittat operarios in messem suam. Defectus quoque nostrae bonitatis, & praecipue in prelatis, multum cooperari videtur; quoniam bonitas quae tollerem impedimenta gratiae huiusmodi, abest. Gratiam enim contra regulariter non dari apponentes impedimenta, quamuis non deur ex meritis. Vnde & propheta donum Prophe- tis ipsi tempore cogitatis adus impediens negatur. Dicit autem Augustini ratio ex suppositione procedit.

De plenitudine eius omnes accepimus: sed Christus non legitur fuisse locutus nisi vna lingua, nec etiam nunc fideles singuli nisi vna lingua loquuntur. ergo videtur quod discipuli Christi non acceperunt ad hoc gratiam, vt omnibus linguis loquerentur.

SED CONTRA est, quod dicitur Act. 2. q. repleti sunt omnes Spiritu sancto, & coeperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Vbi dicit glof. * Gregorij, quod Spiritus sanctus sit per discipulos in igneis linguis apparuit, & eis omnium linguarum scientiam dedit.

RESPOND. Dicendum, quod primi discipuli Christi ad hoc fuerunt ab ipso electi, vt per vniuersum orbem discurrentes, fidem eius vbique praedicarent, secundum illud Matth. ultim. Euntes docete omnes gentes. Non autem erat conueniens, vt qui mittebantur ad alios instruendos, indigerent ab alijs instrui qualiter loquerentur, vel qualiter quae alij loquerentur, intelligerent: praesertim quia isti qui mittebantur erant vnius gentis, scilicet Iudaeae, secundum illud Ista. 27. Qui egredientur impetu a Iacob, implebunt faciem orbis femine. Isti etiam qui mittebantur, pauperes & impotentes erant, nec de facili a principio reperissent, qui eorum verba alijs fideliter interpretarentur, vel verba aliorum eis exponerent, maxime quia ad infideles mittebantur: & ideo

neccesarium fuit, vt super hoc eis diuinitus prouideretur per donum linguarum, vt sicut gentibus ad idolatriam declinantibus introducta est diuersitas linguarum, sicut dicitur Genes. 11. ita etiam quando erant gentes ad cultum vnius Dei reuocanda, contra huiusmodi diuersitatem remedium adhiberetur per donum linguarum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut dicitur 1. ad Corinth. 12. Manifestatio spiritus datur ad utilitatem: & ideo sufficienter & Paulus, & alij Apostoli fuerunt instructi diuinitus in linguis omnium gentium, quantum requirebatur ad fidei doctrinam: sed quantum ad quaedam, quae superadduntur humana arte ad ornatum & elegantiam locutionis, Apostolus instructus erat in propria lingua, non autem in aliena. Sicut etiam in sapientia & scientia fuerunt sufficienter instructi, quantum requirebatur doctrina fidei, non autem quantum ad omnia quae scientiam acquisitam cognoscuntur, puta, de conclusionibus arithmeticae, vel geometriae.

AD SECUNDUM dicendum, quod quamuis vtrumque fieri potuisset, scilicet quod per vnam linguam loquentes ab omnibus intelligerentur, aut quod omnibus linguis loquerentur, tamen conuenientius fuit quod ipsi omnibus linguis loquerentur: quia hoc pertinebat ad perfectionem scientiae ipsorum, per quam non solum loqui, sed intelligere poterant quae ab alijs dice-

bantur. Si autem omnes vnam eorum linguam intellexissent, hoc vel fuisset per scientiam illorum qui eos loquentes intelligerent, vel fuisset quasi quaedam illusio, dum aliorum verba aliter ad eorum aures proferrentur, quam ipsi ea proferrent: & ideo glof. * dicit Act. 2. quod maiori miraculo factum est, quod ipsi omnium linguarum generibus loquerentur. Et Paulus dicit 1. ad Corinth. 14. Gratias ago Deo, quod omnium vestrum lingua loquor.

AD TERTIUM dicendum, quod Christus in propria persona vna soli genti praedicaturus erat, scilicet Iudaeis: & ideo quamuis ipse absque dubio haberet perfectissime scientiam omnium linguarum, non tamen oportuit quod omnibus linguis loqueretur. Ideo autem, vt Aug. dicit * super Ioan. cum & modo Spiritus sanctus accipitur, nemo loquitur linguis omnium gentium, quia iam ipsa Ecclesia linguis omnium gentium loquitur, in qua qui non est, non accipit Spiritum sanctum.

Est glo. Be- dae ibid. co- mo 2.

Tracta. 22. in Ioan. a me- dio illius, to mo 9.

ARTICVLVS II.

¶ Super Quaestio- nis centesimo sepuage- mesimo Articulu secundum.

Vtrum donum linguarum sit excellentius, quam gratia prophetiae.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod donum linguarum sit excellentius quam gratia prophetiae. Quae enim sunt melioribus propria, videtur esse meliora, secundum Philosophum in 3. Topic. * sed donum linguarum est proprium noui Testamenti. Vnde cantatur in sequentia Pentecostes. Ipse hodie Apostolos Christi donans munere insolito, & cunctis inaudito seculis: prophetia autem magis competit veteri Testamento, secundum illud ad Hebr. 1. Multifarie multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, ergo videtur quod donum linguarum sit excellentius, quam donum prophetiae.

¶ 2. Prat. Illud per quod ordinamur ad Deum, videtur excellentius esse eo, per quod ordinamur ad homines: sed per donum linguarum homo ordinatur ad Deum, per prophetiam autem ad homines. dicitur enim 1. ad Corinth. 14. Qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: qui autem prophetat, hominibus loquitur ad edificationem, ergo videtur quod donum linguarum sit excellentius, quam donum prophetiae.

¶ 3. Prat. Donum linguarum habitualiter permanet in habente ipsum, & homo habet in potestate vt eo cum voluerit. vnde dicitur 1. ad Corinth. 14. Gratias ago Deo, quod omnium vestrum lingua loquor: non autem sic est de dono prophetiae, vt supra dictum est. * ergo donum linguarum videtur esse excellentius, quam donum prophetiae.

¶ 4. Prat. Interpretatio sermonum videtur contineri sub prophetia,

IN articulo secundo eiusdem quaestio. 176. aduerte differentiam inter primum & secundum excessum prophetiae super donum linguarum: quoniam primum attenditur penes ipsum actum virtutis, scilicet prophetiae & doni linguarum: quoniam doni linguarum actus est vltus signorum, id est, vocum, prophetiae autem perceptio signorum, hoc est, veritatis intelligibilis. Secundus autem excessus clarè patet, quod consistit comparando obiecta vtriusque doni adinuicem, quatenus vtriusque est notitia quaedam, dum prophetia est nominum, & donum linguarum notitia vocum.

In responsione ad secundum eiusdem articuli, dubium esset, quo pacto qui loquitur lingua, non loquitur hominibus, hoc est, ad intellectum hominum, vel utilitatem eorum, sed ad intellectum soli Dei, & ad laudem eius: quoniam donum linguarum manifeste est ad hominem, & hominum utilitatem. Sed cessat dubium, dum perspicitur ad quod propositum, haec verba dicuntur ab Apostolo & auctore, scilicet cum aliquis loquitur linguis absolute, non ad instruendum alios, vel interpretandum. Hoc enim contingit fieri inter

Lib. 3. cap. 1. post mediū, tom. 1.

¶ 171. ar. 2.

inter eos qui nullam illarum linguam intelligunt. Et ideo dicuntur loqui ad intellectum, & laudem Dei, & non ad intellectum & utilitatem hois: unde & Apostolus ibidem dicit, scilicet 1. ad Corinth. 14. quod ingrediens aliquis putabit eos ebrios, seu insanos. ¶ In responsione ad quartum eiusdem articuli, nota quod ultimum donum inter gratias gratis datas, hoc est, interpretatio sermonum, non solum extendit se ad exponendum obscura sacre Scripture propter difficultatem rerum, ut sunt mysteria Trinitatis, Incarnationis, & huiusmodi, & propter difficultatem similitudinum & parabolarum in Sacra Scriptura multa secreta velantium, ut sunt tot tam in veteri, quam nouo testamento metaphoricè scripta, sed etiã propter difficultatē ipsarum vocum: ita quod non ad donum linguarum, sed ad interpretationem sermonum spectat & intelligere, & exponere difficultates quae ex nominibus emergunt. Et propterea donum interpretationis sermonum non computatur inter gratias spectantes ad locutionem; sed magis inter gratias spectantes ad intellectum.

*Lib. 12. de Gen. ad lit. c. 8. tom. 3. q. 173. art. 2. q. 174. art. 2.

videtur contineri sub prophetia, quia Scriptura eodem spiritu exponuntur quo sunt editae: sed interpretatio sermonum. 1. ad Corinth. 12. ponitur post genera linguarum, ergo videtur quod donum linguarum sit excellentius, quam donum prophetiae, maxime quantum ad aliquam eius partem. SED CONTRA est, quod Apostolus dicit 1. ad Corinth. 14. Maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis. RESPON. Dicendum, quod donum prophetiae excedit donum linguarum tripliciter. Primo quidem, quia donum linguarum refertur ad diuersas voces preferendas, quae sunt signa alicuius intelligibilis veritatis, cuius etiam signa sunt quaedam ipsa phantasmata, quae secundum imaginariam visionem apparent. Unde & Aug. 12. super Genes. ad literam, comparat donum linguarum visioni imaginariae. Dicitur tamen etiam supra, quod donum prophetiae consistit in ipsa illuminatione mentis ad cognoscendam intelligibilem veritatem. Unde sicut prophetica illuminatio excellentior est, quam imaginaria visio, ut supra habitum est: ita etiam excellentior est prophetia, quam donum linguarum, secundum se considerata. Secundo, quia donum prophetiae pertinet ad rerum notitiam, quae est nobilior, quam notitia vocum, ad quam pertinet donum linguarum. Tertio, quia donum prophetiae est utilius. Et hoc quidem probat Apostolus 1. ad Corinth. 14. tripliciter. Primo quidem, quia prophetia est utilior ad edificationem Ecclesiae, ad quam qui loquitur linguis, nihil prodest, nisi expositio subsequatur. Secundo, quantum ad ipsam loquentem, qui si acciperet, ut loqueretur diuersis linguis sine hoc quod intelligeret, quod pertinet ad propheticum donum, mens eius non edificaretur. Tertio, quantum ad infideles propter quos praecipue esse videtur datum donum linguarum, qui quidem forte eos qui loquerentur linguis, reputarent insanos, sicut & Iudaei reputauerunt ebrios Apostolos linguis loquentes, ut dicitur Act. 2. Per prophetias autem infideles conuincuntur manifestatis absconditis cordis sui. AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, * ad excellentiam prophetiae pertinet, quod aliquis non solum illuminetur intelligibili lumine, sed etiam percipiat imaginariam visionem: ita etiam ad perfectionem operationis Spiritus sancti pertinet, quod non solum impleat mentem lumine prophetico, & phantasmam imaginariae visionis, sicut erat in veteri testamento, sed etiam exterius linguam erudiat ad varia signa locutionum proferenda, quod totum fit in nouo testamento, secundum illud 1. ad Corinth. 14. Vnusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam

q. 174 art. 2. ad 1.

habet, linguam habet, apocalypsicam reuelationem habet. AD SECUNDVM dicendum, quod prophetia homo ordinatur ad Deum, quod est nobilissimum, quam ordinatur ad linguam. Dicitur autem quod lingua, non loquitur hominibus, sed hominum, vel utilitatem eorum, sed solus Dei, & ad laudem eius: sed ordinatur aliquis & ad Deum, & ad homines de est perfectius donum. AD TERTIVM dicendum, quod prophetica se extendit ad omnia supernaturalia, unde ex eius perfectione constat statu imperfectionis huius vitae non perfecte per modum habitus, sed imperfectione cuiusdam passionis: sed donum extendit ad cognitionem quantum ad scilicet vocum humanarum. Et hoc imperfectioni huius vitae, quod per se liter habeatur. AD QUARTVM dicendum, quod sermonum potest reduci ad donum prophetiae, quantum scilicet mens illuminatur, & exponendum quae cumque in nominibus obscura sunt propter difficultatem significatarum, siue etiam propter obscuras quae proferuntur, siue etiam propter res rerum adhibitas, secundum illud dicitur de te, quod possis obscura interpretari dissoluere. Unde interpretatio interpretatio, quam donum linguarum, ut quod Apostolus dicit 1. ad Corinth. 14. qui prophetat, quam qui loquitur linguis, interpretetur. Postponitur autem interpretatio dono linguarum: quia estimandum diuersa linguarum generata, monum se extendit.

QVAESTIO CLXXVII. De gratia gratis data, quae consistit in sermone, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de gratia gratis data, quae consistit in sermone, de qua dicit Apostolus 1. ad Cor. 12. Alij datur per spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiae.

ET circa hoc quaruntur duo. ¶ Primo, Vtrum in sermone consistat aliqua gratia gratis data. ¶ Secundo, Quibus haec gratia competat.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in sermone consistat aliqua gratia gratis data.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod in sermone non consistat aliqua gratia gratis data. Gratia enim datur ad id quod excedit facultatem naturae: sed ex naturali ratione adiuuata est ars Rhetorica, per quam aliquis potest